

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricuſ,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap. II. De cœco illuminato.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

V I T A. 5

synator præcipius, misericordiæ o-  
peribus intentus, à tumultu militaris  
insolentiæ quietissimus, adhuc vi-  
uens huiusmodi, miraculum opera-  
tus est.

C A P. II.

*De cœco illuminato.*

COEcus quidam in illius degebatur  
eleemosyna, qui die quadam o-  
stensum sibi diuinitus asserebat, <sup>Ausus</sup>  
quod visum recepturus esset, si a-<sup>Comitū</sup>  
quam, de qua manus Comes ablie-<sup>Godefr.</sup>  
rat, oculis admouisset. Aquam igitur <sup>admodum</sup>  
tulit, oculis adhibuit, protinus vidit.  
Ad sepulchrum vero eius hodieque  
nonnulla ostensarum virtutum de-  
monstrantur indicia, quæ oculis me-  
is vidi, quæque illic in testimonium  
reliquerunt hi, qui sanitate recupe-  
rata sospites inde reuersi sunt. Huius  
itaque tanti viri nepos GODEFRI-  
DVS noster, ab ipsis iam adolescen-  
tiæ primordiis cœpit Deo deuotus

A. 3 exi-

6 GODEFRIDI COMITIS

existere , & scintillante in se flamma  
inspirationis diuinæ , omni seculari  
dignitati , vniuersèque suæ faculta-  
tis satagebat renuntiare . Fuit enim vir  
mansuetissimus , suauitate venerabi-  
lis , benignitate laudabilis , oculis stel-  
lantibus mirum in modum gratio-  
sus , facundus eloquio , prudens in  
consilio , militiae quidem exercitio  
strenuus , sed Regi supremo militare,  
nudamque crucem C H R I S T I nu-  
dus baiulare in ardescens quanto-  
cyus.

C A P. III.

*Quam innocens fuerit.*

I Nterim vero si quando militari  
paratu , seu bellico procinctu , per-  
sonæ suæ necessitate detentus fuit ,  
se ab omni circum manentium in-  
iuria vel infestatione cohibuit . Cum  
autem interdum discursantes mili-  
tes prædari , & aliena , vt assolet , v-  
surpare consiperet , attestante quo-  
dam